Paratus: Sermones Parati de tempore et de sanctis

[Köln]: Johann <Guldenschaff>, [ca. 1482] Seite 661

Cui cū ille horribile diceret · puella respōdit · Ymmo peccatū quo homo cōcipitur · nascitur atqꝫ viuit Cui bartholome⁹ respōdit · ꝙ ille bene intulit sed mulier profundius indagauit · ¶ Deīde dictus pegrin⁹ magistro misit vt sibi diceret q̄s loc⁹ vni⁹ pedis esset vbi deus in terra multa miracula ostēdisset · Cui cū ille diceret · loc⁹ crucis in quo deus mirabilia opatus est · Illa respōdit · Ymmo caput hominis q̄ui q̄si minor mūdus existit · vtramqꝫ apostolus sētentiaꝫ approbauit · ¶ Tertio q̄siuit q̄nta distantia esset a summo celi vsqꝫ ad profūduꝫ inferni · Cui cum magister se nescire dicēt · Illa ait · modo video ꝙ p̄cipitor · ꝫ ego hoc noui q̄ de altro ad altꝫ cecidi et oportet ꝙ hoc tibi ostendaꝫ · Tūc dyabolus cum magno eiulatu se in abissum precipitauit ·

## ¶ In decolla · iohā · Sermo · lix ·

Misit herodes rex man⁹ et tenuit iohānem · Mar · vi · legit · In hystoria scolastica · ꝙ herodes · antipa et philippus frēs carnales erāt et se de gentilitate ad iudaismū transtulerūt Cū quodaꝫ tēpore herodes romaꝫ pgeret et transitū faceret p domuꝫ fratris sui philippi · et secrete cuꝫ herodiade vxoē fratris sui pepegit ꝙ in reditu suo vxoreꝫ suam repudiaret et ipsā in cōiugem duceret Qd cum vxor herodis itelligeret non exspectato reditu eius ad patrem suum in damascuꝫ est reuersa · Audiēs hec herodes herodiadē fratri suo abstulit · Johānes aūt eum de hoc arguebat ꝙ scdꝫ legē quā acceperat frīs sui vxoreꝫ ipso viuente sibi minime licebat · Videns herodes q̄ iohānes eum sup hoc tam dure redarguit euꝫ in carcerem misit i castello macherūta · et hoc est qd dicit̄ · misit herodes rex manus ꝛc̄ · Dicebat aūt iohānes · nō licet tibi habere cōiugem fratris tui ipō viuēte · ipō eni mortuo olim licuit · herodiades autē insidiabat̄ iohanni et volebat occidere euꝫ nec poterat · sed herodes metuebat iohannē · q̄ sciebat eū virum iustū et sāctum et libenter eū audiebat · Et licet eū timerꝫ et libēter audiret tamē concupiscentia mala subintrat cor ei⁹ ꝛ consiliū iniit quomō eū occidere posset · Cogitauerūt autem cōsiliū ꝙ cōuiuium facēt cunctis p̄ncipib⁹ in die natalis sui ꝛ ibideꝫ filia ei⁹ caput iohānis peteret · vn̄ sequit̄ · Et cū dies optun⁹ accessisset ꝛ dies natalis sui aduenisset · hēodes natal̄ sui cenaꝫ siue conuiuiū fecit princi pib⁹ et tribunis et primis id est potentiorib⁹ galilee ꝛ intrauit ibi filia ꝛ ludebat · Tunc herodes iurauit illi dicens · Quicquid petieris dabo tibi · licet dimidiū regni mei

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-534/0660

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

gefördert durch die DFG